



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

88. [i.e. 87.] An assasinus gaudeat Immunitate, etiam homicidio non sequuto; Et an in occisione Infidelis detur assassinus, vel necessarium sit, vt occisus sit Christianus? Et notatur mandantem non ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

nis *resolut. quotid. cap. 174. nu. 3.* quia proprie homicidium proditorum dicitur, cum ab amico, nullo precedente rancore, patitur, simul comedendo, vel deambulando. Sed in casu de quo loquimur, hoc non adest, imò contrarium, quia propter inimicitiam precedentem praesumi debet odium adhuc durare: ergo, &c. & idem asserit idem de Marinis, me citato, Occidens amicum reconciliatum non dicitur homicidium, proditorum commississe, quod autem in nostro casu adfit fideiussio de non offendendo, nihil efficit, non enim ex illa dici potest proditorie occidisse, quia adhuc stante fideiussione praesumi poterat odium durare, & suppono inter occisorem & occisum post dictam fideiussionem strictam amicitiam minimè extitisse, v. g. simul comedendo, alloquendo, commorando, &c. Ergo, &c.

3. Notandum est etiam hic obiter cum dicto de Marinis *ubi supra cap. 175. nu. 4. & seq.* quod iudex secularis tenetur delinquentem restituere Ecclesiae, ab illa cum licentia Episcopi abstractum, si constat postea reum non commississe delictum in Bulla exceptuatum, *infra* latius dicendum est. Et hoc etiam in cap. 78. docet, me citato, si suasionibus, vel blanditijs reus fuit inductus, vt ab Ecclesia exiret, nam in tali casu etiam Ecclesiae restituendus erit, & cap. 80. tenet, quod delinquens ab Ecclesia extractus, si à carceribus aufugit, & iterum captus est in loco non immuni, adhuc Ecclesiae restituendus erit.

RESOL. LXXXIV.

An qui proditorie occidit infidelem, gaudeat Immunitate?
Et an occidens infidelem pretio conductus non sit assassinus, & gaudeat Immunitate Ecclesiae? Ex part. 4. tract. 1. Ref. 105.

Sup. hoc inf. Ref. 87. §. 2. & 3.

§. 1. Negatiue respondet Castrus Palau *tom. 2. disp. vnica, de immunit. punct. 9. nu. 31.* Peregrinus *de immunit. cap. 7. nu. 15.* Farinacius in *append. cap. 8. nu. 20.* & Marius Italia *lib. 1. cap. 3. §. 3. nu. 7. & seq.* quia Gregor. XIV. in constitutione excipit proditorem proximium suum occidentem; sed proximi appellatione comprehenduntur omnes homines cuiuscunque fuerint conditionis, vel cultus, seu Religionis, vt late probant supradicti Doctores ergo, &c.

2. Verum his non obstantibus contrariam sententiam docet Ambrosinus *de immunitate, cap. 7. n. 12.* vbi sic ait. Inferitur quod etiam si quis proditorie occiderit infidelem, non propterea est priuandus immunitate ista, quia si assassinus debet gaudere ea, si assassinat infidelem, multo magis proditor, cum maius sit assassinium proditione. Ita Ambrosinus, quem sequitur Martinus Bonacina in *Decalogum disp. 3. §. 7. punct. 6. §. 3. nu. 6.* qui ait. Ille infidelis, strictè loquendo, non videtur noster proximus, cum nobiscum non communicet in fide, in Sacramentis, & in Ecclesia, ergo non includitur in Bulla Gregor. & ideo hanc opinionem tanquam probabilem & fauorabilem immunitati Ecclesiae in praxi amplectendam esse puto.

Sup. hoc ibi- dem.

3. Notandum est etiam hic obiter, occidentem infidelem pretio conductum non esse assassinum, & gaudere immunitate Ecclesiae. Ita Ambrosinus vt visum est cum Castro Palao loco citato, *nu. 35.* & alijs penes ipsum, contra Farinacium in *append. cap. 8. numero 120.* Decianum *lib. 6. cap. 28. numero 18.* & alios.

RESOL. LXXXV.

An, qui conductus pecunia occidit inimicum mandantis, praesente ipso mandante, gaudeat Immunitate Ecclesiarum?
Et quid de mediatore assassini? Ex part. 4. tract. 1. Ref. 109.

§. 1. Affirmatiue respondet Hieronymus Gabriel *lib. 1. consil. 170.* & Castrus Palau *tom. 2. disp. vnica, de immunit. Eccles. punct. 9. n. 36.* quia tunc occisor; auxilium videtur praestare mandanti, ipseque mandans videtur ibi esse praecipuus occisor; cum autem ab eo se debebat occisus praecavere, non censetur illa occisio proditorie facta; ac proinde nec digna immunitatis priuatione. Ita Castrus, & ego in part. 1. tract. 1. * *refol. 33.*

2. Notandum est etiam hic obiter, mediatorem, seu proxenetam assassini gaudere immunitate Ecclesiarum, quia non dicitur verus assassinus, Ita nouissimè Ant. Nouar. in *summ. Bullar. tit. de immunit. Eccles. nu. 72.* qui citat alterum Nouarium, Rouitum, & Gambacurtam.

RESOL. LXXXVI.

An mediator assassini, gaudeat Immunitate Ecclesiarum? Ex part. 4. tract. 1. Ref. 33.

§. 1. Negatiuam sententiam docet Peregrinus *de immunitate Ecclesiastica cap. 7. nu. 37.* vbi sic ait. Praeterea socij, & complices huius criminis assassini, qui habuerint scientiam qualitatis assassini, non gaudent immunitate. Ita ille, qui citat Caballum in *tract. de omni genere homicidij, nu. 412.* & Tusch. *tom. 3. lit. E. conclus. 10. n. 10. & conclus. 11. n. 7.* sed in hoc casu mediator huius criminis est complex & particeps: ergo, &c.

2. Sed his non obstantibus, & merito, affirmatiuam sententiam tenet Antonius de Marinis in *solut. quotidian. cap. 171. nu. 5.* Gambacurta *de immunitate Eccles. lib. 5. cap. 34. nu. 14.* Masullus in *addit. ad Capie. decis. 112.* Ratio est, quia Doctores in cap. *pro humanis, de homicid. in 6.* asserunt sub nomine assassini non veniunt mediatorem, & sic fuisse decisum in sacro Concilio, anno 1615. refert Rouitus in *pragm. 1. de assassinio, nu. 29.* Sed in Bulla Gregor. excipiuntur, ne gaudeant immunitate Ecclesiarum tantum assassini; ergo mediatores debent immunitate gaudere.

RESOL. LXXXVII.

An assassinus, gaudeat Immunitate, etiam homicidio non sequuto?
Et an in occisione infidelis detur assassinus, vel necessarium sit, vt occisus sit Christianus?
Et notatur mandantem non dici assassinum.
Et an sit assassinus, qui promisit occidendi aliquod se ab eius parte pro ipso officium obtinere?
Et an dicatur assassinus, qui animo complacendi tantum alicui homini homicidium perpetravit?
Et an non sit assassinus, qui accepta ab aliquo pecunia occidit communem inimicum, vel si recepta pecunia aliquem interfecisset praesente ipso mandante: aut qui promissionem, vel oblationem pro homicidio non acceptauit; vel si accepit paruum quantitatem pecuniae;

ant

aut quando promisso pretij, vel mercedis non fuit certa, & specificata
 Et an sit assassinus qui promissit dare sicario aliquam in exorem?
 Et an mediator assassini gaudeat Immunitate. Ex part. 6. tract. 1. Refol. 11.

Sup. hoc in Ref. 6. 6. 7.

§. 1. Negatiue responder Sarpus cap. 5. fol. 45 vbi ita asserit. Assassinorum nomine designantur hodie, quicumque pacto, pretio, & mercede ad necandum hominem immittuntur: quod vsu ipso receptum est, non modò cum homicidium perfectum fuit, sed etiam quando tentatum est, licet minime successerit. Sic ait ille.

2. Sed quoad priora verba, cum sint absoluta videtur docere Sarpus etiam in occisione hominis infidelis adesse assassinium: & hanc opinionem licet admittat Henricus Bocerus tractat. de homicidio, lib. 1. cap. 3. num. 14. Marius Italia lib. 1. cap. 5. §. 4. num. 2. & 21. Decianus lib. 6. cap. 28. num. 18. Peregrinus cap. 7. num. 39. Bonacina tom. 2. disp. 3. quast. 7. punct. 6. §. 5. num. 9. Farinacius cap. 8. num. 120. & alij. Et ratio illorum est, quia infidelis est etiam proximus.

3. Tamen ego contrarie sententia adhaereo, quia textus in cap. 1. de homicidio in 6. expressè dicit, quempiam Christianum, ergo tacite infidelem excludit. Neque obstat infidelis verè esse proximum, quia non pro cuiuslibet proximi occisione hæc assassinij pena incurritur, sed pro occisione proximi Christiani. Et ita post antiquiores docet Couarruias vari. lib. 2. cap. 20. num. 10. Iulius Clarus in pract. §. Assassinium vers. bene verum est, & quast. 85. vers. ubi agitur. Ioannes Gutierrez pract. quast. lib. 3. quast. 7. num. 8. & alij. Et post Gregorianam constitutionem Sebastianus Guzzinus defens. 1. cap. 38. num. 42. omnino videndus, Castus Palaus tom. 1. tract. 11. disp. 9. unic. punct. 9. num. 35. & Ambrosinus de immunit. cap. 7. num. 12. vbi citat Corneum lib. 1. consil. 249. num. 21. asserentem, quod euasit quidam Prælati, qui fuerat accusatus de crimine assassinatus: & non fuerat deductum in processum vel in libello, quod ille qui fuerat assassinatus fuerit Christianus, & admonet Aduocatos, vt id probent. Et hanc sententiam docet etiam Nouarius in conclusionibus noui iuris Pontificis conclusion. 43. num. 22. qui etiam num. 25. tenet, quod in dubio occisus non censetur Christianus, nisi pro tali fuerit probatus; quod antea docuerat Pacianus de probationibus, part. 2. cap. 14. num. 7. Ambrosinus de immunit. cap. 7. num. 12. & 13. & alij. Verum nouissimè Iustus Osdefob, in cautelis crimin. tit. 2. cas. 10. n. 7. putat onus probandi occisum non esse Christianum, non ad fiscum, sed ad reum reuertendum esse.

4. Sed deueniendo ad quæsitum dubitationis, an scilicet contra mandatarium, morte non sequuta intret pœna assassinij, ita vt non gaudeat reus immunitate. Fateor quidem sententiam Sarpi à pluribus doceri: & ita tenet Peregrinus loco citat. num. 31. Gutierrez num. 59. Bonacina num. 6. & alij. Et ratio est, quia in tali casu non stetit per reum, quin Christianum per assassinium occiderit, cum deueniret ad actum morti proximum: & in atrocissimis delictis punitur affectus etiam non sequuto effectu; & idè cum in tali casu assassinium puniatur pœna ordinaria, idè reus non gaudebit Ecclesiæ immunitate, vt etiam obseruat Magalius in 3. part. lib. 4. cap. 2. quast. 1. num. 20.

5. Verum licet ego huic sententiæ adhaerim in part. 1. tract. 1. resol. 18. Vnde me citato nouissimè illam tenet doctus P. Theaurus in pract. Eccles. tom. 1. & sicuti de penis, part. 2. vers. Assassinium, cap. 2. fol. 164. Tom. 1 X.

tamen re melius considerata modò affirmatiuam sententiam tenco, quia immunitas neganda non est nisi propriè committentibus crimen assassinij: sed qui accepta pecunia alium vulnerauit, si tamen non occidit, verè & propriè crimen assassinij non committit. Ergo, &c. Minor probatur, quia textus incipit 1. de homicid. in 6. vbi hoc crimen declarans solùm de mandante, dicit puniendum esse iisdem pœnis, siue mors sequatur, siue non, & nihil de mandatario dicit. Ergo mandatarius, qui mortem non intulit, relinquitur in hac parte dispositioni iuris communis disponentis neminem ob vulnerationem non gaudere immunitate. Vnde ex his patet responsio ad ea, quæ posset quis adducere ex Matrillo de indulto, cap. 31. num. 14. Adde contra Doctores, quos citat & sequitur Magalius loco citato, quod etiam in crimine assassinij ordinaria pœna non intrat, morte non sequuta: etiam si sit deuentum ad actum proximum, vt tradunt non contemnendi Doctores, quos citat Farinacius quast. 123. inspect. 4. num. 115. Et in genere, quod non puniatur pœna ordinaria affectus, seu conatus non sequuto delicto, tradiderunt etiam plures Doctores penes eundem quast. 124. num. 84. Ergo cum hæc opinio sit mitior, & fauorabilis immunitati Ecclesiarum, ego illam tenendam esse puto.

6. Dico igitur reum tentantem assassinium, etiam si deueniret ad actum proximum morti, si sequuta non fuerit, gaudere Ecclesiæ immunitate. Et ne auctore careat nostra sententia, scias illam docere Layman. lib. 4. tractat. 9. cap. 3. num. 9. vbi sic ait: Assassinus dicitur, qui pretio conductus hominem incaute occidit: dummodo effectus, siue cædes re ipsa sequatur; nam solus conatus, siue aggressio, aut etiam vulneratio non videtur sufficiens. Ita ille: cui etiam adde Castrum Palaum tom. 2. tract. 11. disp. 9. unic. punct. 9. num. 38. qui num. 39. secus asserit de mandante. Sed non desinam hinc pro curiosis etiam adnotare Henricum Bocerum nouissimè in tract. de homicidio, lib. 1. cap. 3. num. 4. docere mandantem non dici assassinum, sic enim ait. Non desunt qui assassinum appellant eum etiam, qui pecunia mediante aliquem occidi mandat, atque ita vtrumque locatorem, & conductorem, mandantem, & mandatarium assassinum vocitant. Sed cum hanc appellationem contextus cap. 1. de homicidio in 6. tribuat tantum ei qui ex mandato alterius cædem alicui molitur ac adfert, certè hoc nomen etiam mandatori cædis non temerè imponendum erit. Ita Bocerus; sed alij communiter contrarium sentiunt.

7. Notandum est etiam hic propositionem, quam Sarpus supra posuit: nempe quod assassinorum nomine designantur, quicumque pacto pretio, aut mercede ad necandum hominem immittuntur, admittente plures limitationes, & idè in multis casibus non esse veram.

8. Vnde primò limitatur, & non procedit in eo qui accepta ab aliquo pecunia occidit communem inimicum: qui assassinium committente non dicitur, nec qui pecuniam dedit, assassinus dici potest; sed potius instigator, vel inflammator, vt docet Gramdium: maticus consil. 52. num. 59. Vulpellus consil. 143. n. 10. Hondedeus conf. 87. num. 4. lib. 2. alij.

9. Secundò limitatur non procedere in eo, qui recepta pecunia aliquem interfecisset præsentem ipso mandante: ita Bertazolus consil. 143. num. 15. vol. 1. Gabriel. consil. 188. num. 11. lib. 1. & alij.

10. Tertiò limitatur non procedere in eo, qui promissionem vel oblationem pro homicidio non acceptauit; licet postea sequutum fuerit: quia requiritur, vt interueniat conuentio ac contractus mutue voluntatis inter mandantem & mandatarium.

infra in tr. 7. Ref. 104. §. vlt. inter principium & medium, à vers. at in isto. Et pro Vulocatione contenta in hoc textu, si tamen non occidit, in §. 1. huius not. ante medium.

Sup. hoc sit. pra in Ref. 87. & infra in Ref. seq. §. vlt. post medium: maticus consil. 52. num. 59. Vulpellus consil. 143. n. 10. Hondedeus conf. 87. num. 4. lib. 2. alij. Sup. hoc in §. not. præteritæ, prope finem. Veri, Vcl qui.

vt obseruat Grammaticus *vor. 11. num. 19.* Riminaldus Iunior *consil. 65. numer. 12. volum. 6.* qui *sub numer. 14.* docet non sufficere illam præsumptionem, quod præsumatur acceptasse promissionem sibi fauorabilem.

11. Quartò limitatur contra Castrum Palauum *tom. 2. tract. 11. disput. vnic. punct. 9. num. 34.* non procedere in eo, qui accepit paruum quantitatem pecuniæ, quæ animam mouere non potuit ad tale crimen perpetrandum. Ita Vulpellus *vbi supra numer. 9.* Ambrosius *de immunitate. cap. 7. num. 9.* Gabriel *consil. 170. num. 21. lib. 1.* Eugenius *consil. 76. num. 139.* Masollus *ad Capicium decis. 155. num. 4.*

12. Quintò limitatur non procedere, quando promissio pretij vel mercedis non fuerit certa & specifica; sed generalis & incerta: vt si dicas mandatario te nunquam defaturum in suis necessitatibus. Ita Vulpellus *loco citato, num. 5.* Valdus *consil. 385.* Vnde venit refellendus Iustus Ofdeob. *in practice criminali. tit. 2. consil. 10. num. 9.* Vincentius de Franchis *decisio. n. 170. & Mastrillus de indulto, cap. 31. num. 11.* asserentes fuisse iudicatum in sacro Concilio Neapolitano; ad constituendum assassinum sufficere promissionem generalem & incertam rei. Sed nostra sententia est tenenda; & ita tenet Burfatus *consil. 20. n. 4. lib. 1.* Bertazolus *consil. 341. numer. 38. volum. 2.* Hondedeus *consil. 93. num. 66. lib. 2.* Ruinus Iunior, *consil. 685. n. 12. lib. 6.* & in terminis Bullæ Gregorianæ Peregrinus *de immunitate. cap. 7. num. 40.* Ambrosius *cap. 7. num. 9.* & Castrus Palauus *tom. 2. tract. 11. disput. vnic. punct. 9. num. 34.* Vide etiam Grammaticum *vor. 11. n. 9.* Cornicum *confi. 249. lib. 1.* Eugenium *consil. 76. num. 138.* & idem non est audiendus Villagut. *de excess. leg. tit. de crimine assassini, num. 8.*

13. Sed non desinam hinc apponere dubium non incuriosum, quod mihi in facti contingentia accidit, filius cuiusdam Baronis inimicitias capitales subebat cum Titio; & de hoc loquens cum quodam eius vasallo, statim obtulit se illum occisurum, cum conditione, vt ab eius patre quoddam officium pro ipso obtineret; annuit adolescens & homicidium factum fuit; tunc à me quaesierunt, an hoc fuerit assassinium. Et affirmatiuè videretur respondendum cum Decian. *lib. 9. cap. 3. num. 16. in fine,* vbi asserit, quod si promississet aliquis dare sicario aliquam in vxorem, committunt assassinium, quia talis promissio est pretio æstimabilis: & sicarius ex illa promissione homicidium perpetravit. Ergo &c.

14. Verum tunc ego negatiuè sententiæ adhæsi, & adduxi in mei fauorem Bossium *tit. de mandatis ad homicidium, num. 35.* quem sequi videtur Farinacius *quest. 123. num. 44.* asserentem in casu proposito promissionis vxoris tale homicidium non esse assassinium, contra Decianum. Et ratio vtriusque casus est, quia exequutiones harum promissionum non sunt in potentia promittentis: ergo talis promissio reputatur ac si facta non fuisset, & de facto in casu de quo ego interrogatus fui, accidit; nam homicidium fuit quidem commissum, sed pater ad instantiam filij noluit illud officium homicidario conferre.

15. Nota etiam hinc obiret, quod mediator assassini gaudet immunitate Ecclesiarum; ita ego ipse contra Peregrinum & alios *in part. 4. tract. 1. resol. 33.* Et quod ille non dicitur assassinus, qui animo complacendi tantum alicui homicidium perpetravit. Ita contra Doctores, quos citat Giurba *consil. 70. n. 27.* & Grassus *de affect. Cleric. affect. 1. numer. 701.* docet Hondedeus *consil. 93. num. 68. lib. 2.* Grilenzonius *consil. 45. num. 7.* Ambrosius *de immunitate. cap. 7. num. 9.* & alij.

Quæ hic est supra Ref. 86. &c. Et pro animo complacendi contento in hoc textu in Ref. seq. 9. vlt. cursum in fine.

RESOL. LXXXVIII.

An reus, qui attentauit occidere aliquem proditorie, effectum, & morte non sequuta, gaudeat Immunitate? Et quid de illo qui tentauit assassinium, etiam non sequuto effectu?

Et notatur, quod vt quis tanquam assassinus non possit vti privilegio Immunitatis opus est, vt interueniat mandatum ad occidendum nam ex mandato ad vulnerandum tantum, etiam mediante pecunia non committitur assassinium.

Et an gaudeat Immunitate, qui ex mandato alterius, pecunia mediante, occidit communem inimicum; vel qui, presente ipso mandante, occidit aliquem?

Et an sit assassinus, qui per preces, & alios respectus occidit aliquem? Ex part. 1. tract. 1. Ref. 18.

§. 1. Gaudere docet Bonacina *de legib. disp. 3. q. 7. §. 5. n. 16.* cum nostro Peregrino *de immunitate. cap. 7. n. 13.* & alij: quia Constitutio Gregor. loquitur expresse de occidente: vnde requiritur actus consummatus cum effectu subsequuto. Et ita docet Farinac. *de immunitate. cap. 8. n. 145.* retractans se de contraria opinione, quam docuerat antea *in tit. de carcer. q. 28. n. 45.* licet aliqui contrarium asserant cū Ioan. de Henia *in Curia Philipp. 3. §. 12. n. 36.* & Nauarr. *in man. c. 25. n. 21.* Sed isti scripserunt ante Bullam Gregor. & post Bullam Tanner. *in 2. 2. disp. 5. q. 8. dub. 1. n. 16.* Dices eum, qui tentauit assassinium non gaudere immunitate, etiam non sequuto effectu, dummodo deuentum sit ad actum aliquem proximum consummationi, nempe, insultus, vel vulnerum: ergo neque debet gaudere huiusmodi immunitate, qui attentauit homicidium proditorium. Respondeo, esse disparem rationem: nam in Bulla Summus Pontifex excipit occidentes proditorie, & assassinos: sed sine morte subsequuta quis non potest dici occisor proditorius, si curi potest dici assassinus: ergo.

2. Non reticebo tamen Farin. *de immunitate. Eccl. c. 8. n. 125. in fine.* inclinare in sententiam asserentem, assassinium attentatum, non sequuta morte, gaudere immunitate, licet contrarium asserat Peregr. *vbi supra. de immunitate. c. 7. n. 37.* Nota verò, quod vt quis, tanquam assassinus, non possit vti privilegio immunitatis Ecclesiarum opus est, quod interueniat mandatum ad occidendum: nam ex mandato ad vulnerandum tantum, etiam mediante pecunia, non committitur assassinium. Ita Ricc. *in p. 1. decis. 112. n. 1.* Ambrosius *tit. de immunitate. c. 7. n. 11.* Bon. *de leg. disp. 3. q. 7. §. 4. n. 20.* & alij. Item gaudebit immunitate, qui ex mandato alterius, pecunia mediante occidit communem inimicum; vel qui presente ipso mandante, occidit aliquem: nã in his casibus, quis ita occidens aliquem, non dicitur assassinus, vt ex multis affirmat Far. *de immunitate. c. 8. n. 132. & 133.* Notandum est etiam, non esse assassinium, illum, qui per preces, vel per alios respectus occidit aliquem; contra Villad. *in Polit. c. 3. n. 215.* quia in assassinio opus est, vt addit pecunia, vel loco pecuniæ, aliqua res pretio æstimabilis.

Sup. hoc in Ref. præterita §. Sed deueniendo, & seq. &c.

Sup. hoc ibidem, §. verò licet.

Sup. hoc supra in Ref. 85. & 87. §. Vnde, & seq.

Sup. hoc in Ref. præterita etiam in fine.

RESOL. LXXXIX.

An qui voluit occidere aliquem proditorie & deuenit ad actum proximum, sed casu non occidit, gaudeat Immunitate? Ex part. 1. tract. 1. Ref. 4.

§. 1. Negatiuè responderet Gambacurta *lib. 5. c. 30. n. 6.* Sed post Constitutionem Gregor. recitanda est hæc opinio: nam in verbis dictæ Bullæ expressè Pontifex loquitur de occidete proditorie: vnde